

dem non solū ex auro argentoue aut certe ex ære in bibliothecis dicantur illi: quod immortales anime in iisdem locis ibi loquantur: quinimmo etiā quæ non sunt finguntur: pariuntq; desideria non traditi uultus: sicut in homero euenit: quo magis: ut equidem arbitror: uullū est felicitatis specimē quā semper oēs scire cupere qualis fuerit aliquis: Asinii pollionis hoc romæ inuentū: q prim^o bibliothecam dicando: ingenia hominū remplicā fecit. An priores ceperint alexandriæ & pergami reges quibus bibliothecas magno certamine instituere: non facile dixerim. imaginē amore agtasse quondam testes sunt: & Atticus ille Ciceronis: edito de iis uomine: & M. Varro benignissimo inuento infertis uoluminū suorum fecunditati non uominibus tantum septingentorum illustrium: sed & aliquo modo imaginibus non passus interciderē figuras: aut uetustatem æui contra homines ualeū inuentione muneris. etiam diis inuidiosus: quando immortalitatem non solū dedit: uerum etiam in omnes terras misit: ut præsentēs esse ubiq; & claudi possent.

Quando primū clypei imaginum publice: quando in domibus positi: & de picturæ initiis: & monochromaton: & primis pictoribus: & antiquitatē picturarum in italia. Cap. iiii.

Hoc quidem alienis ille præstitit. Suos uero clypeos in sacro uel publico priuatim dicat primus instituit (ut reperio) ap. Claudius qui consul cū seruilio fuit anno urbis. cc. lix. posuit enim in Bellonæ æde maiores suos: placuitq; in excelso spectari & titulos. honorū legi. Decor res utiq; si liberorū turbæ paruulis imaginibus ceu nidū aliquem sobolis pariter ostēdāt. Quales clypeos nemo non gaudens fauensq; aspicit. Post eum. M. æmilius collega in cōsolatu: Qu. lūstati non in basilica modo æmilia uerum & domi suæ posuit: id quoq; martio exēplo. Scutis enī qualibus apud Troiam pugnatum est. continebantur imagines. Vnde & nomen habuere clypeorū: nō ut peruersa grāmaticorū subtilitas uoluit a cluendo. origo plenam uirtutis faciē reddi in scuto cuiusq; qui fuerit usus illo. pœni ex auro factitauerē & clypeos & imagines: secumq; in castris tulere. certæ captis eis talem. asdrubalis inuenit. Qu. martius Scipionū in hispania uictor. isq; clypeus supra fores capitolinæ ædis usq; ad incēdiū primū fuit. maiorū quidem nostrorū tanta securitas in ea re an notatur ut. L. Manli. Qu. Fulnio coss. anno urbis quingentesimo. lxxv. M. aufidius tutelæ capitoli redēptor docuerit patres argenteos esse clypeos: qui pro æreis per aliquot iam lustra assignabāt. De picturæ initiis incerto nec instituti operis quæstio. est. aegyptii sex milibus annorū apud ipsos inuētā prius q̄ in græciam transfret: affirmant: Vana prædicatione ut palam est. Græci at̄ alii apud sicyonē: alii apud corinthios repertā. omnes ab umbra hominis lineis circumducta. itaq; talem primā fuisse secundā singulis coloribus & monochromaton dictā: postq; operosior inuenta erat. duratq; talis etiā nū. inuentam lineatē dicūt a phylocle ægyptio uel Cleante corinthio primi exercuere arduces corinthius: & Telephanes sicyonius sine ullo etiā nū colore. iam tamen spargētes lineas: intus. ideo & quos pingerēt ascribere institutū. primus inuenit eos colorē teste ut ferunt arato: cleophāt^o. corinthi^o. hūc autē eodē noie aliū fuisse: quē tradit Cornelius nepos secutū in italia Demaratū tarquinii prisci romani regis patrē fugiēte a corinthio iniurias Cypseli tyranni: ut mox docebimus. iam enim ab soluta erat pictura etiā in italia. Extant certē hodieq; antiquiores urbe picturæ. ardæ in ædib^{us} sacris quibus equidē nullas æque miror tam longo æuo durantes in orbitate tecti ueluti recentes. Similiter lanuuii ubi atalanta & helena cōminus pictæ sunt nudæ: ab eodē artifice: utraq; excellentissima forma sed altera ut uirgo: ne ruinis quidē tēpli concussæ. pontius legatus Caii principis eas tollere conat^{us} est libidine accēsus: si rectorii natura permisisset. durauere & ceteræ antiquiores & ipsæ. fatebitur quis eas diuigenter estimauerit: nullā artius celerius consumatā: cū iliacis tēporibus nō fuisse eā appareat.

De pictoribus romanis: & quando primū dignitas picturæ. & qui uictorias suas pictura propotuerunt: & quando picturæ dignitas romæ.

Haud romanos quoq; honos mature huic arti contigit. Siquidē cognomina ex ea pictorū traxerant Fabii clarissime gentis princepsq; eius cognominis ipse ædē salutis pixit āno urbis cōditæ. cccl. q̄ pictura durauit ad nostrā memoria: æde Claudii principatu exusta. proxime celebrata est in foro boario æde Herculis pacuuii poetæ: pictura æni forore genitus hic fuit: clarioremq; eam artem romæ fecit gloria scænæ. postea non est spectata honestis manibus: nisi forquis turpiliū equitem romanū e uenetia nostræ ætatis belle referat. hodieq; pulchris eius operibus neronæ extantibus. leua is manu pinxit: quod de nullo ante memoramur. paruis gloriabatur tabellis: extinctus nup̄ in longa senecta. a terius labeo prætorius etiam procōsulatu prouinciæ narbonensis functus. Sed ea res in risu. & iam contumelia erat Fuit & principium uirorū non omittēdū de pictura celebre consiliū. Qu. pedibus nepos. Qu. pedii consularis triumphalisq; a Cæsare dictatore cohæredis augusto dati cū natura mutus eēt. messala orator: ex cuius familia pueri auia. erat pictu